



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorundemque  
Examinatoribus, animarum Curatoribus, & Religiosis  
secularium Confessariis**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agrippinae, 1663**

Presbyteri omnes etiam Regulares debent antea ab Episcopo Dioecesano approbari, quàm secularium seu Monialium etiam ipsis Regularibus subjectarum audiant confeßiones, n. 50.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9994**

Presbyteri omnes etiam Regulares debent  
antea ab Episcopo Diæcesano approbari,  
quam secularium seu Monialium etiam  
ipsis Regularibus subjectarum audiant  
confessiones.

L. Quod non tantum de Pastoribus  
seu Ecclesiarum Parochialium Recto-  
ribus, corumque Vicariis, Capellanis,  
adjutoribus vel sociis intelligitur, sed &  
de Religiosis quorumcunq; Ordinum,  
Societatum, & Congregationum; cum  
ab (a) Oecumenica Synodo Tridenti-  
na, & à fel. rec. (b) Gregorio XV. Pon-  
tifice Maximo providè cautum sit, nul-  
lum Presbyterum, etiam Regularem,  
posse Confessiones secularium, etiam  
Sacerdotum, audire, nec ad id ido-  
neum reputari, nisi ab Episcopo Diæ-  
cesano per examen, si illi videbitur esse  
necessarium, aut alias idoneus judice-  
tur, & approbationem obtineat. Con-  
fessarios porrò sive seculares sive Regu-  
lares, etiam quomodolibet exemptos,

D. 5. tam

tam ordinarios, quam extraordinarios,  
ad confessiones Monialium, etiam ipsis  
Regularibus subjectarum, audiendas,  
nullatenus deputari posse; nisi prius ab  
Episcopo Diocesano specialiter ad  
hoc idonei judicati fuerint, & appro-  
bati.

(a) *Concil. Trid. sess. 23. de reform.*  
c. 15. (b) *Fel. rec. Gregorii Papæ XV. Con-*  
*stitutio 18. Bullarii, tom. 4.*

*Revocatio omnium indultorum quibusvis:*  
*Religionibus, Societatibus, & Ordinibus,*  
*quomodolibet concessorum audiendi se-*  
*cularium confessiones absque Ordinariis:*  
*examine, & approbatione.*

L.I. Quam rem fel. rec. Urbanus 3.  
Pontifex Maximus accuratius perse-  
quens, omnia omnino revocavit & ab-  
rogavit privilegia, quibusvis Religioni-  
bus, Societatibus, Congregationibus,  
& Ordinibus à Sede Apostolicâ quo-  
modolibet concessa audiendi. Sacra-  
mentales